



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ab|Jroganda Missa || Privata Marti-||ni Lvtheri ||
Senten-||tia**

Luther, Martin

Wittembergae, 1522

VD16 L 3619

Qvarto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33296

sibi soli seruare & sumere. Deinde ministrū, sacerdotem censerī, ibi inuentū est sacrificiū, scilicet ut haberet quod ageret ille sacerdos, ne ociosus staret corā altari. Quod si omnino sibi ipsi sumere extra exemplū Christi uoleat, saltem hoc curet, ne solus sumat, sed frangat simul & det aliis, ne nihil exempli sequi, sed omnia cōtra exemplū Christi agere inueniatur. Fidelia sunt uerba & satis tutā facere conscientiā potentia, si credas & sequaris, contempto totius mundi usu contrario.

Q V A R T O.

Qui sacrificiū dat, dat deo, In Missa nos accipimus a deo. Et dixit, Accipite, scilicet non solum exemplo & facto ostendit, non sacrificiū deo exhibitum, sed donum hominibus datum, Eucharistiam esse, sed & uerbo confirmat, iubens ut accipiantur. Cur non sic ait, Offerete uel sacrificate? An papistas iterū ignorantia grāmaticæ impedit, ne sciant, quid significet, Accipere? Neq; enim accipere hic sonat, ut tollant manibus, ceu alienum bonum alteri exhibituri seu oblaturi, sed ut sibi ipsis uenident & in suū comodū uerrant, tanquā donū ac iā rem propria. Possessores enim facit doni, cum dicit, Accipite, nempe illud quod dedit & fregit. Nihil ergo offerri deo permittit hoc uerbum accipiendi, sed probat a deo uenire, hominibus accipientibus donum. Quid potest contra tam clara uerba opponi? Adhuc Sodome illæ & Gomorrah nos accusant, quod nobis solis arrogemus intelligentiā scripture & Surgant, resistant, dent aliā, & configant oculos tam aperti Euangelii. Nō.n.suffici dicere. Hec propositio est scādalosa. Scimus & uolumus Christū esse scandalum Iudeis & signū contradictionis Israeli & lapidem offensionis Synagogæ Satanæ, & abominationē lupanaribus papisticis.

Q V I N T O.

Comedite, & bibite. Hoc est uniuersum opus, quod in Eucharistia facere iubemur. Ideo n. frangit, dat, iubet accipere, ut comedamus & bibamus, & post hæc memoriā eius predicemus. Sic & Apostolus, nullum aliud opus in eucharistia nouit nisi comedere & bibere, dū uerba Christi repetit-dicens, Quotienscūq; ergo manducabitis panē hunc & calicē bibetis, mortē domini annūciabitis, donec ueniat. Nihil hic offerre, nihil operari, sed

